

**6213** sodáles | lúsus | iuvenalis<sup>1</sup>.

*Romae, Tusculi ut videtur rep. (XIV 2640 vedit Henzen).* — 1) Curator lusus [iuvenalis] in t. Tusculano posito anno p. Chr. 32 vel 33 (XIV 2592).

**6214** aed[it. a]edis Ca[st. | et] Pol.<sup>1</sup> ex d. d.: | M'. Avilius C. l.<sup>2</sup> | Stabilio, | . . Anicius P. l. . . . , | . . Furius P. l. . . . , | . . Plaetorius D. [l.]<sup>3</sup> . . . , | . . Volcaci C. l.<sup>3</sup> . . . | mag. fac. coer.

*Tusculi (Tomassetti Notizie degli scavi 1901 p. 280).* — 1) *De hoc collegio Tusculano cf. ad titulum Tusculanum supra N. 5396 (nam hunc quoque Tusculi repertum esse nuper rescivi ex schedis quibusdam Kellermannii).* — 2) *Fortasse hic periit aliquid.* — 3) *Diversi hi a Plaetorio Volcacioque N. 6206.*

**6215** M. Tusculánio | Amiantho | mag. aeditu. | Castoris Polluc.<sup>1</sup>, | Augustálium h. f.<sup>2</sup>, | M. Tusculánus | M. f. | Receptus | frátri.

*Tusculi (XIV 2637 viderunt de Rossi aliique).* — 1) *Magistro aedituorum Castoris Pollucis.* Cf. ad N. 6214 not. 1. — 2) *Augustalium honore functo.*

**6216** M'. Fictorio M'. l. | Synhistori, cur. | aedituom Castoris | et Pollucis | XVI, | aeditui | Castoris et Pollucis | post mortem | h. c.<sup>1</sup>

*Romae (VI 2202. XIV 2629 ter quatterve descripta saec. XVII—XIX).* — 1) *Honoris causa.*

*Alios titulos Tusculanos agrique Tusculani dedi supra N. 47. 453. 863. 902. 952. 957. 965. 1045. 1060. 1075. 1456. 1491. 1579. 3066. 3142. 3152. 3588. 5396 (de hoc N. 6214 not. 1). Cf. etiam N. 4980. 5016—5018.*

**6217** d. m. | Parthenio arcario | rei publicae | Lavicanorum | Quintanensem<sup>1</sup>.

*In Latio inter oppida La Colonna et Monte Compatri, ab illo circiter 2 chil., ad veterem ut videtur viam Labicanam (XIV 2770 vidi).* — 1) *Ad Quintanas mansio viae Labicanae memoratur in tabula Peutingeriana et itinerario Antoniniano. Quod nomen, ductum ut videtur a praedio privato aliquo, aetate labente ad ipsos Labicos apparel transiisse. Situm ipsum oppidi Labici monstravit titulus quem Maximiano dicavit ordo Labican. Q. Q., nuper repertus in vinea Moretti, quem edidit Tomassetti Bull. comunale 1899 p. 289, Notizie degli scavi 1900 p. 54.*

**6218** Agusiae T. f. Priscillae | sacerdoti Spei et Salutis Aug. | ex d. d. Gabini statuam publice po[n]endam curaverunt, quod, post | in- | pensas exemplo inlustrium seminar. | factas ob sacerdotium, etiam opus portic. | Spei vetustate vexatum pecunia sua refectu|ram se promiserit populo, cum, pro | salute principis Antonini Aug. Pii | patris patriae liberorumque eius, | eximio ludorum spectaculo edito, | religioni, veste do- | nata | universis, satis fecerit. | Cuius statuae honore contenta | in pensam populo remiserit<sup>1</sup>. | L. d. d. d. |

*Rep. a. 1792 ad viam Praenestinam XII fere m. p. ab urbe Roma, una cum multis aliis inscriptionibus Gabiniis, extat Romae in villa Borghesia (XIV 2804 vedit Henzen).* — 1) *Scr. remisit.*